



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 21. Felicis Papæ Obitus. Bonifacius II. Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

§. XXI.

Sæculum VI.
A. C. 259.

*Felicis Papæ obitus. Bonifacius II.
Papa.*

Felix III. Papa e vivis abiit 12. Octobr. 529. postquam annos tres & menses duos Pontificatum obtinuisset. Romæ in via Sacra Ecclesiam SS. Cosmæ & Damiani ædificavit, & S. Saturnini Basilicam incendio consumtam e cineribus excitavit. Duabus Ordinationibus Mense Febr. & Martio creavit Presbyteros quinquaginta quinque, Diaconos quatuor & Episcopos viginti novem. In Felicis locum sussectus est Bonifacius II. Romanus nativitate Sigisvulti filius, proinde Gothorum ex genere. Simul factio alia aliquem elegit Dioscorum nomine, qui in Basilica Constantini ordinatus est, dum Bonifacius in Basilica Julii 15. Octobr. ordinabatur. Verumtamen Dioscoro 12. Nov. fatis functo Schisma vix ultra unum mensem tenuit. Nihilominus

Lib. Pont.

Schisma VI.

G g 2 tam

her also beschliet: So fragt eine von ihm redend eingeführte Person; wie es denn zugegangen, daß ein so grosser Pabst sich an einer so vortreflichen Person (an dem heil. Equitius) irren können? Und Gregorius antwortete darauf ganz treuherzig: *Fallimur, quia homines sumus.* Dieser unsinnige Uebersetzer muß in der Meynung seyn, als wenn die Katholicken glaubten, der Pabst sey ein Gott.

Sæculum VI. tam acerbe Bonifacius exarsit in æmulum, A.C. 529. ut etiam defunctum damnari & anathematizari jufferit. Hujus rei Actum, a Clericis per fraudem impetratum, sigillo signari mandavit, illudque in Ecclesiæ Archivis deposuit.

Postea Bonifacius Concilio in Basilica S. Petri convocato obtinuit, ut Patres subscriberent Decreto, quo ipsi Potestas nominandi sibi Successorem fiebat; tum Episcopos compulit, ut datis litteris juramento confirmatis consentirent, eum Vigiliam Diaconum futurum esse. Sed haud multo post alia coacta est Synodus, in qua abolitum est hoc Decretum, quod contra Canones esset conditum, & Sacræ Sedis Dignitati repugnaret. Bonifacius Papa se ipsum læsæ Majestatis (*) reum confessus est, haud dubie ideo, quod Regi in Electione Pontificis pars aliqua competeret. Igitur Decretum illud Episcopis, Clericis & Senatu præsentibus igne consumpsit. Laudatur vero Bonifacius, quod Beneficus in Clericos suos fuerit, iisque

(*) Hier vertheidiget der Uebersetzer in einer Anmerkung den Theodoricus, und will des Baronius spotten. Allein es kann eines so wenig geläugnet werden als das andere; erstlich, daß Theodoricus sich zu viel in der Wahl eines Pabstes heraus genommen, und dann, daß unser Uebersetzer einmal nicht im Stande sey, den Cardinal Baronius zu widerlegen.

iisque in famis periculo magnam anno-Sæculum VI.
 næ copiam subministraverit. A. C. 531.

§. XXII.

Concilium Toletanum.

Sedente Bonifacio Concilium Toleti to. 4. p. 1734.
 anno quinto Regni Amalarici æra 565.
 sexto Kal. Jun. id est 17. Maji anno 531.
 celebratum. Huic Concilio Montanus
 Episcopus Toletanus præfuit, cui quin-
 que alii Episcopi aderant. Quinque Ca-
 nones conditi, quorum primus Intersti-
 tia Ordinationum notat in hunc mo-
 dum: *Pueri, quibus Parentes Ordinem
 Clericorum destinant, primum tonsuren-
 tur, & Ordini Lectorum inserantur, ut
 in ædibus Ecclesiæ præsentate Episcopo ab
 illo, qui præfectus fuerit, erudiantur.
 Postquam annum decimum octavum exple-
 verint, eos Episcopus præsentibus Cleri-
 cis & populo interrogabit, an velint u-
 xorem accipere, non enim hos juvenes
 libertate ab Apostolo concessa privare pos-
 sumus. Si libere promittant, continen-
 tiam se servaturos, (*) anno ætatis vige-
 simo Subdiaconi, & anno 25. exacto Dia-
 cono ordinabuntur. Si uxores habeant,*

Gg 3

(*) Aus diesem erhellet wiederum, wie unge-
 schickt unser Uebersetzer die Rede des Bischoffes
 Paphnutius in dem Concilio Niceno wider die
 Katholicken angezogen.